

ANDREAE.

FACHINÆI

FOROLIVIENSIS,

IN CELEBERRIMO PISA-

NO GYMNASIO IVRIS CÆ-

sarei Professoris Ordinarij

CONTROVERSIARVM OPVS

IN QVATVOR TOMOS SECTVM, QVO-
rum primus complectitur libros I. II. III. secundus IV. V. VI.
tertius VII. VIII. IX. quartus X. XI. XII. XIII.

EDITIO POSTREMA

Cui primò accrevit Tomus quartus, deinde cuique Tomo argumenta præfixa, tertio
superadditus est triplex Elenchus: unus Capitum, alter Verb. Sentent.
& Rerum: tertius V. I. locorum, uniuerso hoc
opere cribratorum.



De D. ...
J. ...
...

LUGDUNI.
Sumptibus Horatii



S E R E N I S S I M O

P R I N C I P I , A C D O M I N O , D .

G V I L H E L M O , C O M I T I P A L A -
t i n o R h e n i , v t r i u s q u e B a u a r i æ D u c i , & c .

A N D R E A S F A C H I N E V S S . D .



C T A V V S agitur annus (Serenissime Princeps, Domine Clementissime) ex quo Placentina Ciuitate relicta, honestissimis mihi propositis conditionibus, Ingolstadium veni. Etsi enim Ser.^{mi} illius ac Benignissimi Principis, in cuius excelso iustitiæ Consilio adsidebam, singularem semper expertus essem benevolentiam, vt tamen huc me alacriter contulerim, complures causæ effecerunt.

Primùm gloriosissima Ser.^{tis} V.^{re} fama, tum mea ad ius Ciuile profitendum, iudiciorum strepitu relicto, singularis quædam propensio. Huc accessit Hieronymi Mercurialis soceri mei, viri, Europæ totius testimonio, doctissimi ac prudentissimi, consilium ac promotio.

Toto igitur hoc temporis curriculo immortalis famæ suæ Celsitudinem V.^{ram} non solùm egregiè respondere, verùm eam longè superare haud difficulter cognoui. Si enim, vt dicebat ille, nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, Ser.^{tis} V.^{re} illam habet, tuetur, ac promouet. Si nullæ sunt opes viro Principi pulchriores, vt dicebat Xenophon, Virtute & Iustitia: V.^{ra} Ser.^{tis} virtutē colit & Iustitiam. Sed non est mihi animus Ser.^{tis} V.^{re} laudes recensere, quòd probè intelligam, eas nec breui oratione comprehēdi posse, & vires in dicendo meas longè superare.

Quod igitur ad professionem meam attinet, Deo adiuuante hætenus prosperè successit. Præclara Germanorum studiosorum ingenia mihi videntur optimis exculta disciplinis, & quod maximum ad Iuris

CONTROVERSIARVM IVRIS

ANDREÆ FA-
CHINEI IVRIS-
CONSULTI, &c.

Tomus Primus,

COMPLECTENS LIBROS
TRES, QVORVM PRIMVS
CONTINET CONTROVERSIAS POTIS-
simùm ad iudicia, secundus & tertius ad contractus,
transactiones, iuramenta, conuentiones, etiam
matrimoniales, dotes, legitimaciones,
donationes, & iuratas pactio-
nes pertinentes.



CONTROVERSIARVM IVRIS LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

*Vtrum venatio prohiberi à Principibus possit, eorum subditis,
& de iustis causis, & pœnis.*



VENATIONEM à Principibus prohiberi non posse, multa eaque præclara argumenta demonstrat. Quorum illud primum est, quod ipsa venandi potestas, Iure diuino data sit hominibus, ut habetur Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus, cali & bestiis universis, &c.* & Gen. 9. *Crescite, & multiplicamini, &c.* Terror vestror, ac tremor sit super cuncta animalia terra, & super omnes volucres cali, &c.

Secundum argumentum, quia, ut Arist. in Politic. tradit, homini naturaliter concessus est dominatus in belluas, ideòque eas venando capere potest. Et Caius noster in l. i. ff. de acquir. rer. dom. *Quarundam rerum, inquit, dominium nanciscimur Iure gentium, quod ratione naturali inter omnes gentes peraquè seruetur. & post pauca. Omnia igitur animalia, qua terra, mari, coelo capiuntur, id est, fera, bestia, volucres, pisces, capientium sunt. & in l. iij. ff. cod. tit. Quod enim nullius est, inquit, id ratione naturali occupanti conceditur. Nec interest, quod ad feras, bestias, & volucres, utrum in suo quisque fundo capiat, an in alieno. Idem docet Imperator Iustinianus in §. feræ igitur. in Instit. de rer. diu. & l. idor. in c. Ius naturale i. dist.*

Tertium argumentum, est ex l. Iniuriarum 13. §. vlt. ff. de Iniuriis. Vlp. *Et sapissimè (inquit) rescriptum est, non posse quem piscari prohibe-*

ri: sed nec occupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest.

Atque ita responderunt, Ant. Butt. Hostien. & Io. Andr. in c. Non est. de Decimis. Dec. in conf. 197. au. 1. & 171. n. 1. Iaf. in conf. 119. lib. 4. Aug. Berous in conf. 81. n. 30. lib. 1. Tho. Gram. decis. 67. n. 9. Bart. Cassin. in consuet. Burgundia, rubric. 13. §. 7. n. 4. Guil. de Benedict. in c. Rainu. de Test. in verbo, Vxorem nomine Adelasiam, in §. decis. n. 313. Bossi. in tit. de Regal. n. 42. Purpu. in conf. 535. & 391. lib. 1. Francif. Marc. decis. 530. n. 16. in 1. part. Tiraq. de Nobil. c. 37. n. 149. Natta in conf. 375. Rolan. à Valle in conf. 9. lib. 2. Hieron. Scruff. conf. 1. cent. 1. Khirehoui. comm. opi. cent. 4. c. 99. Iacob. Menoch. in conf. 298. n. 18. lib. 3. Grauetta in conf. 643. lib. 4. & 945. lib. 5.

Quibus tamen non obstantibus eorum sententiam magis probo, qui existimant, Principes, iusta causa subsistente, venationes prohibere posse, quæ sanè sententia non paucos, neque obscuro nominis auctores habet. Imprimis tredecim quos refert, & sequitur Did. Couuar. in relectione c. Peccatum. de Reg. Iur. part. 2. §. 8. & præterea Nattam in conf. 604. Hyppolitam Riminal. conf. 35. n. 15. lib. 1. & in conf. 68. n. 25. cod. lib. Francisc. Zoanett. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. n. 145. vsq; ad n. 192. & nouissimè Sebastianum Medicum in tractatu de Venatio. Piscatio. & Aucupio. in §. quæst. 3. partis.

Probatum autem hæc sententia. Primum ex c. Nemo retia. in tit. De pace tenenda, & eius violatoribus, in vltibus feudorum. *Nemo retia,* inquit, *Fridericus Imperator, aut laqueos, aut alia qualibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad usus, apros, vel Lupos ca-*